

1518. à 30. martij. Ex ms. Bibl. Latus:

Dona Sphortia Sponsa
Sigismundo I. Regi Polonia
Sponso.

20

Serenissime Princeps mi Domine Plen:
dissime, dum primis et gratissimis Maje:
statis Vestrae literis responsum accomodo, i:
terq; ceptum et felix prosequor, venerunt
et secunde satis juuanditatis, et laboris
itinerarij solamen afferentes, quas Pe:
trus Opalenski vir quidem fauendus
et gravis majestatis Vestrae nomine Olo:
muntij mihi retulit. Multa insuper et
ore addens, quae mihi cordi fuere, eruntq;
dum Spiritus hos reget artus. Gratias et
ingentes suae Serenitati agerem, ni et
referre cuperem, cum tanta illi sim cura,
ut quaecumq; profectionem meam felicio:
rem facerent, voluerit providere.

Sciat autem majestas Vestra me opti:
me valere, valetudinem ex valetudine fe:
lici majestatis Vestrae per plures nuntios
audita mutuando, interim quo ad vestram
Serenitatem propero, felicissime illa va:
leat, et me manus Regias postremo ex:
sulantem exhibeo. Data apud civitatem
Olomucensem die penultimo mensis
Martij. Milleesimo Quingentesimo De:
cimo Octavo.

